

SECRETÁ

Haec nos oblátio, Deus, mundet, quaésumus, et rénovet, gubérnet et prótegat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Questa nostra oblazione, chiediamo, o Dio, ci purifichi e rinnovi, ci governi e protegga. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

COMMÚNIO

Lc. 4, 22 - Mirabántur omnes de his, quae procedébant de ore Dei.

Lc. 4, 22 - Si meravigliavano tutti delle parole che uscivano dalla bocca di Dio.

POSTCOMMÚNIO

Coeléstibus, Dómine, pasti delíciis: quaésumus: ut semper éadem, per quae veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

O Signore, nutriti del cibo celeste, concedici che aneliamo sempre a ciò con cui veramente viviamo. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

c/o Nagni Sonia, via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2010 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

VI Domenica dopo l'Epifania

INTRÓITUS

Ps. 96, 7-8 - Adoráte Deum, omnes Ángeli eius: audívit, et laetáta est Sion: et exsultavérunt filiae Iudae.

Sal. 96, 7-8 - Adorate Dio, voi tutti Angeli suoi: Sion ha udito e se ne è rallegrata: ed hanno esultato le figlie di Giuda.

Ps. 96, 1 - Dóminus regnávit, exsúltet terra: laeténtur ínsulae multae. Glória Patri...

Sal. 96, 1 - Il Signore regna, esulti la terra: si rallegrino le molte genti. Gloria al Padre...

Ps. 96, 7-8 - Adoráte Deum, omnes Ángeli eius...

Sal. 96, 7-8 - Adorate Dio, voi tutti Angeli suoi...

ORÁTIO

Praesta, quaésumus, omnípotens Deus: ut, semper rationabília medítantes, quae tibi sunt plácita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Concedici, o Dio onnipotente, Te ne preghiamo: che meditando sempre cosa ragionevoli, compiamo ciò che a Te piace e con le parole e con i fatti. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

EPÍSTOLA

Léctio **Epístolae** B. Pauli Ap. ad *Thessalonicénses*, I, 1, 2-10

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Tessalonesi*, I, 1, 2-10

Fratelli: Rendiamo sempre grazie a Dio per voi tutti, facendo memoria

faciéntes in oratióibus nostris sine intermissiõe, mémores óperis fidei vestrae, et labóris, et caritátis, et sustinéntiae spei Dómini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntes, fratres, dilécti a Deo, elec-tiónem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíri-tu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Domini, excipiéntes verbum in tribulatiõe multa, cum gáudio Spíritus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Domini, non solum in Macedónia et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qua-lem intróitum habuérimus ad vos: et quómo- modo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium eius de coelis (quem suscitávit ex mórtuis) Iesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

M. - Deo grátias.

di voi nelle nostre preghiere, senza posa, ricordando, davanti a Dio e Padre nostro, le opere della vostra fede, la carità laboriosa e la vostra ferma speranza nel Signore nostro Gesù Cristo: conosciamo, o fratelli prediletti da Dio, la vostra elezione: che il nostro Vangelo non v'è stato predicato solo a parole, ma con virtù, con lo Spirito Santo e con molta pienezza, e ben sapete come ci siamo comportati con voi per il vostro bene. E voi siete divenuti imitatori nostri e del Signore, accogliendo la nostra predicazione tra grandi tribolazioni, con la gioia dello Spirito Santo: così da diventare modello per tutti i credenti della Macedonia e dell'Acaia. Da voi infatti la parola del Signore è echeggiata non solo nella Macedonia e nell'Acaia, ma la vostra fede in Dio si è diffusa in ogni luogo, tanto che non abbiamo bisogno di parlarne. Tutti infatti parlano di noi: di quale accoglienza avemmo e di come vi convertiste dagli idoli a Dio, per servire il Dio vivo e vero, e per aspettare dal cielo il suo Figlio Gesù (da Lui resuscitato dai morti), colui che ci salva dall'ira ventura.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 101, 16-17 - Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terrae glóriam tuam.
Quóniam aedificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua.

Sal. 101, 16-17 - Le genti temeranno il tuo nome, o Signore, e tutti i re della terra la tua gloria.
Perché il Signore ha edificata Sion e si è mostrato nella sua maestà.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 96, 1 - Dóminus regnávít, exsúltet terra: laeténtur ínsulae multae. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Sal. 96, 1 - Il Signore è Re: esulti la terra: si rallegrino le molte genti. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Matthaéum*, 13, 31-35

In illo témpore: Dixit Iesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum coelórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimum quídem est ómnibus semínibus: cum autem créverit, maius est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres caeli véniant, et hábitent in ramis eius. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum coelórum ferméto, quod accéptum múlier abscondit in farínae satis tribus, donec fermentátum est totum. Haec ómnia locútus est Iesus in parábolis ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem: Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutiõe mundi.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 13, 31-35

In quel tempo: Gesù disse alle turbe questa parabola: Il regno dei cieli è simile a un grano di senape, che un uomo prese e seminò nel suo campo: e questo grano è la più piccola di tutte le sementi, ma, cresciuta che sia, è più grande di tutti gli erbaggi e diventa un albero: così che gli uccelli dell'aria vanno e si riposano sui suoi rami. E disse loro un'altra parabola: Il regno dei cieli è simile a un po' di lievito, che una donna mescola a tre staia di farina, così che tutto sia fermentato. Gesù disse tutte queste parabole alle turbe: e mai palarva loro se non in parabole: affinché si adempisse il detto del Profeta: aprirò la mia bocca in parabole, manifesterò cose nascoste dalla fondazione del mondo.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 117, 16 et 17 - Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

Sal. 117, 16 e 17 - La destra del Signo-re ha fatto prodigi, la destra del Signore mi ha esaltato: non morirò, ma vivrò e narrerò le opere del Signore.